



עמי עשו

COLLEGII RABBINICO-BIBLICI  
IN  
LIBELLUM RUTH,

DISPUTATIO I. EA QVE  
PRÆLIMINARIS PRIOR

De

LIBRI PRÆCOGNITIS.

RESPONDENTE

CHRISTIANO FRIEDERICO Kretschmar/  
Grimmá-Misnico.

Habebitur publicè d. III. Februar. A. 5719 Ioc LXIX.  
in Auditorio Theologorum Paulino.

§. I.



Qvod celebris ille Hebræorum Grammaticus pa-  
riter & Scripturæ Interpres R. David Kimchi *pref. lib.*

*Micblol* monuit: לא טוב היות האדם ערירי  
מחכמת הרקדוק אבל צריך לו להתעסק  
בתורה ובמצוות ובפירושים  
*Non est bo-  
num, hominem solitarium esse ex Grammatices studio,*

Ratio In-  
stituti.

*sed occupari ipsum oportet in Lege, & in Præceptis, & in Scripturæ in-  
terpretationibus: Illud toties Auditoribus nostris inculcare solemus,  
ex quo provincia nobis incumbit Literas Hebraicas docendi, ne vel  
soli studio Grammatices se dedant, vel ex adverso qualicunqve ele-  
mentorum cognitione imbuti satis se Hebraicè doctos, nihilqve præ-  
tereà ex acroasibus nostris esse expectandum, existiment. Etsi enim  
exactam præceptorum Grammatices notitiam requirimus; nihil ta-  
men refert, circa elementorum pronuntiationem & alias id genus*

A

minu-